

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Maria I
cum fonte primo

Maluit Dominus aliquos de suo ortu quam de matris pudore dubitare. Sciebat enim teneram uirginis uerecundiam et lubricam famam pudoris, nec putauit ortus sui fidem matris iniuriis astruendam. Seruatur itaque sancte Marie sicut pudore integra, ita inuiolabilis opinione uirginitas. Oportet enim sanctos et ab hiis testimonium habere qui foris sunt, nec decuit sinistra uirginibus opinione uiuentibus uelamen excusacionis relinqui quod infamata mater quoque Domini uideretur.

Ambrosius super Lucam libro II.

Maluit autem dominus aliquos de suo ortu quam de matris pudore dubitare – sciebat enim teneram esse uirginis uerecundiam et lubricam famam pudoris – nec putauit ortus sui fidem matris iniuriis adstruendam. Seruatur itaque sanctae Mariae sicut pudore integra ita inuiolabilis opinione uirginitas; oportet enim sanctos et ab his testimonium habere qui foris sunt, nec decuit sinistra uirginibus opinione uiuentibus uelamen excusationis relinqui, quod infamata mater quoque domini uideretur.

Ambrosius Mediolanensis, *Expositio euangelii secundum Lucam*, 2, 1 (CCSL 14, M. Adriaen & P.A. Ballerini eds., pp.30-1, ll.15-24).